

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

26. In festo Præsent. B. V. de historia præsentationis à loachim & Anna
factæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](#)

semper intentus, innictum ab oratione
Spiritum non relaxabat. Dum sacrum fa-
ceret, globus igneus apparuit super caput
eius In mensa Cæsaris, prius suo sacerdoti
socio poculum obtulit, quam Cæsari. Cū
dæmon purpuratus ei quasi Christus ap-
pareret, respondit Dominus non dixit se
purpuratum, vel diademate renitentem
venturum. Et in morte astanti ait. Quid
hic astas cruenta bestia nihil in me fine-
stè reperies. Cum discipuli dicerent. car-
nos pater deseris. Domine, inquit, si ad-
hue populo tuo sum necessarius, non re-
cuso laborem, fiat voluntas tua.

IN FESTO PRÆSENTATIO-
NIS. B. V. MARIAE.

Meditatio de Euangelio eadem cum festo
Natiuitat. B. Virg.

*De historia Præsentationis B. V. à Ioa-
chimo & Anna parentibus facta.*

ONSIDERAT, quomodo sapiens & humilis
Virguncula (in qua ratio etatis, erat n.
triumpla, præuenera) oculis humi defixis
cōplicatis in pectas manib. desiderio adeū-
di sepli Hierosolymir. ardēs in via acce-
dit, & celerimē 15. gradus à nullo adiuta,
stupet.

204 MEDITATIONES IN

stupentibus omnibus ascenderit: Ut discas bonum esse à prima aetate seruire Deo, & de virtute in virtutem ascendere, hoc est, quotidie proficere, in studio bonorum operū feruere, fortiter omnes difficultates superare, amare templū & societatem piorū.

¶ Considera, qua deuotione pii parentis B. Virginem totam hilarem vultu obtulerint Deo & Sacerdotibus, eam in altare sublata: quam gratū diuinæ maiestati munus fuerit. Si enim sacrificia taurorum & vitiorum grata fuere Deo, multo gratius fecit huius puellæ, quæ omnes homines gratia & sanctitate superauit. Omnes fere qui in infantia à parentibus Deo oblati sunt, magni sancti postea facti sunt, nec alia de causa puto, quam quia Deo gratissima fuit eorum oblatio.

¶ Considera, quomodo B. Virgo flexis genib. cū lacrymis in ara obtulerit se ipsam, quam grata fuerit Deo & angelis talis oblatio. Si enim angeli gaudet super uno peccatore penitentiam agente, quanto magis super hac seipsam in holocaustum offerente, quæ nunquam peccauit? Obtulit autem se perfectè, nempe mundo proflusus renuncians, & totam se ad nutum diuinę voluntatis resignans, parata reliquum vitę in

pau.



IN

It disca
Deo, &
hoc est,
orum o-
cultates
te piorū
parentes
obtule-
tare sub
i munus
& virtu-
ius fue-
nes gra-
fere qui
ati sunt,
c alia de-
ma fuit
exis ge-
ciplas-
alis ob-
no pec-
to ma-
um of-
ulit au-
rsus re-
inē vo-
a vice in
pau-

FESTA TOTIVS ANNI. 205

paupertate, nihil proprium habendo trāsi-
gere: offerens quoq; se in minimam ancil-
lulam matris Messiae venturi. Deinde con-
sidera quomodo dimissis parentibus cum
summo suo gaudio inclusa fuerit cubicu-
lo templi, & per vndeclim annos in eo no-
stu diuq; seruiēs Deo inter angelos vixerit.

IN FESTO S. CATHARINÆ 25. NO-
VIRG. ET MARTYRIS. uemb.

De decem Virginibus Matth. 25.

g.

DIXIT Iesus discipulis. Simile est regnum
cœlorum 10. virginibus, qua cum lampa-
dibus obuiam exierunt sponsus & sponsa. Con-
sidera, si clericus vel religiosus sis, primo
quam grata sit virginitas vel castitas, quā
Deo voulisti, quia eam Christus & B. Vi-
rgo coluere, aliisq; suasere, vnde & agnus
immaculatus in Apocalypsi dicitur versari
in comitatu virginū. secundo te debere ge-
stare lampadem, id est, cor habere apertū
ad cogitāda cœlestia, clausum vero ad ter-
rena, lampas enim supernè patet, infernè
clausa est. Virgo, inquit Apostolus, cogitat 1. Cor.
qua Dei sunt, ut sit sancta corpore & spiritu. 7.
Tertio obuiam ire sponsu Christo, cui a-
nimam tuam per votum irrevocabile de-
sponsasti, & sponsu B. Virginī, vel religioni
tuæ.